verba ſolemnia familiare c[ui]d[am]
ori ſuo crucis nome[n] iteraret.
mox in eo[rum] luminib[us] intent[us]
eu[m] exspaciari uultu illi[us] con-
ſpectuq[ue] non poſſu[m] ſubito
michi in ſublime ſublatus
eripit[ur] donec immenſa aer[is]
iſti[us] uaſtitate eu[m] t[ame]n rapida
nube ſubuectu[m] · acie ſeque-
rem[ur] oculor[um] patenti celo
recept[us] uideri ultra non
potuit Clar[us] multu[m] poſt ſu[u]m
preſpiteru[m] claru[m] diſcipulu[m]
illi[us] qui nuper exceſſerat.
Video eunde[m] qua[m] magiſtru[m]
uia[m] ſcandere Ego impudens
seq[ui] cupiens du[m] altos greſſ[us]
molior et comitor euigilo·
ſomnoq[ue] excitus congratu-
lari cepera[m] uiſioni Cum
ad me puer familiaris in-
greditur ſolito triſtior uoltu
loquent[is] pariter et dolent[is]
Quid tu tam triſtis loqui
geſtis Duo in[quit] monachi
a turonis affuerunt domnu[m]
martinu[m] obiſſe nunciant Con-
cidi fateor · obortiſq[ue] lacrimis
fleui uberrime Quin etia[m]
du[m] h[ec] ad te frater ſcribim[us].
fluunt lacrime n[ec] nullu[m] im-
pacientiſſimi doloris admitto

ſolaciu[m] Te uero ubi hoc
nunciatu[m] e[st] participe[m] eſſe
uolui luctus mei qui eras
pa[r]ticeps amoris Veni ergo
ad me ſtatim ut pariter
lugeam[us] que[m] p[ar]iter ama-
mus Q[uam]q[uam] ſciam virum
illu[m] no[n] eſſe lugendu[m] cui
poſt euictu[m] triumphatu[m]que
ſeculu[m] nu[n]c demu[m] reddita
eſt corona iuſticie Sed
tame[n] ego no[n] poſſum
michi imperare quin dolea[m]
premiſi quide[m] patronu[m]
ſed ſolaciu[m] uite preſent[is]
amiſi Et ſi racione ulla
dolor admitteret · gaudere
deberem Eſt e[ni]m ille con-
ſort[ius] apoſtolis ac prophetis.
et quod pace ſtor[um] om[n]i[um]
dixerim · nullo iuſtorum
grege nulli ſecund[us] vt
ſpero · credo · confido · jllis
potiſſimu[m] qui ſtolas ſuas
i[n] ſanguine lauerint ag-
gregat[us] agnu[m] ducem
ab omni integer labe co-
mitat[ur] Nam licet ei racio
temporis non potuerit
preſtare martiriu[m] · gl[ori]a
tame[n] martiris no[n] carebit